

sur, & corrumpuntur (cum persensibilia intellectualia ad inuisibili-
um cognitionem ueniamus) ad immensam creatoris ipsius bonita-
tem, magnitudinem, potestatem, sapientiam, uirtutem, & gloriam con-
templandam, uenerandamque, & adorandam ducemur: qui sic cuncta
ministrando gubernat, ut quasque res proprios motus, nec sine ipso tas-
men, agere sinat. Ulterius præter ea, quæ Reuerendissimæ Dominas-
tioni tuæ offero, post ueræ inquam, nec superstitione Astronomiæ
rudimenta, certa inest passionis Dominicæ excussio: quæ olim inter
Græcos, atque occidentalisecclesiæ patres in coena domini circa agni
æsum agebatur, quæque modo inter Latinos plures uersatur circa
lachrymosum, salubrem tamen diem illum, quo uerus, nec mysticus
amplius paschalisch agnus pro salute humani generis Crucis ligno ul-
tro affixus pependit. Quæ singula demum pro umbilico operi huic
nostro annexa, Paulo. iij. Pontifici Max. ut alias dicata, cernuntur.

Hoc igitur synceræ Astrologiæ opus tuæ ingenuemittimus
amplitudini, si quando aliquid ocij nactus fueris, degus-
tandum, tuoque rectissimo ex animi trutinandum. In
quo si quid diuinæ legi quod (minime intendi-
mus) aduersum persenseris, id tuæ committi-
mus authorati penitus abolendum uel in-
melius commutandum.